



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hiob

Brenz, Johannes

Haganoæ

VD16 B 3079

Cap. XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36516

HOMO NATVS MULIERIS &c.

Pergit Iob, sicut in fine prioris capitis coeperat, gratiam iudicij diuini, ex antihesi quadam humanitatis imbecillitatis, cum diuinae maiestatis potentia, non tam adorari, quam arguere: mirum enim, imò deridendum, tantum non iniquum, in oculis nostris uideatur, tanta potentia & uehementia, Dominus iudicet hominem, qui tamen nihil est, nisi folium marcidum, lumen aridum, putredo, quasi uestimentum quoddam consumitur, breui uiuens tempore, miseris undique repletus, mane flos, uespere foenum, uelut umbra fugiens. Breuiter, homo est natus mulieris, hoc est, omni calamitatum genere obrutus, & omnis mali lerna: scitur. *Homo ad calamitates nascitur.*

nam quod ait, mulieris natus, uelut rationem dat, cur breues & calamitosi simus, est enim Heu & maledictio: multiplicabo aerumnas tuas, si conceperis, in dolore parias filios tuos. Nam mulier, non solum conceptio aerummosa, partu calamitosa est, sed etià in infans calamitates ac aerumnas proijcit: ut enim ex carne, non nisi caro nascitur, ita, quid aliud de aerummo siquam aerummosum fieret? Porro, quibus miseris homine repletur, notius est, quàm ut recenseri debeat: neque enim est usquam ulla hominum conditio aut status, qui non suam crucem & calamitatem habeat: usque adeo omnia crucibus plena sunt: & ut supra dixit, ut auis ad uolatium, ita homo ad miserias nascitur: non igitur hoc

Q 3

ANNOT. IN HIOB

agendum ut crucem fugiamus, sed ut Christum adhi-
piamus, in quo omnis crux facillime fertur.

PAUCORVM DIERV M EST &c.

Adcedit & hoc ad calamitatem humanam, quae
breuissimo tempore uiuamus, nec tamen liceat inter-
rim sine calamitate & inquietudine uiuere.

SICVT FLOS EGREDITVR &c.

Hominis miseria, comparatione floris explicatur,
neq; enim carnalis hoim gloria & stabilitas, possent
cuiquam rei adcomodatius comparari, quam flori &
umbrae: flos enim mane speciosus, odoriferus, & uisu
ualde delectabilis est, uesperis aut flaccidus decedit: sic
& homo, initio magnificus uidetur, statim aut uel le-
ui morbo, adcidete, ueluti flos marcescit. Esa. 40. Om-
nis caro scenū, & omnis gloria eius, quasi flos agri,
Psal. 102. Homo sicut scenum dies eius, tanquam flos
agri, sic effloret. Dies autem nostros, umbrae cōpa-
rari, in scriptura frequentissimum est, 1. Chronicon,
29. Psal. 101. Psal. 143. Ecclesiastae. 7. Sapien. 2.

VERVNTAMEN SVPER TALEM.

Altera antithesis pars, hoc est, cum tam calami-
tosus sit homo, cur dignaris eum, tanta maiestatis tue
potentia adoriri, citius tibi tam misera creatura, con-
temptui, quam curae esse deberet, an ne ideo tam ex-
cite & diligenter hominem iudicas, ut sicubi in eo ius-
ticiā inuenias. Sed heus tu quis potest esse mundus,

de immundo semine conceptus: inter impuros, purū Deus omnīe
 ne reperies? omnes enim homines à natiuitate immuni iusticiam iudi
 di & impuri sunt, in peccatis concepit nos mater no- cat, ut solus
 stra iam, cum nullus inter omnes homines, sanctus in ipse sanctus
 uentur, quis enim potest dicere, mundū est cor me- agnoscat.
 um & miratur, aut si maus, indignatur Hiob, cur tam
 exacta diligentia, iudicium Domini, hominem explo-
 ret: haec uero exploratio, cedit in excellentem Dei glo-
 riam: nam cū exploret, etiā iustissimos, nec reperiat
 ullam uel scintillam iusticiæ, cognobile fit toti mundo,
 solum Deū esse iustum & sanctum, & ab eo solo, om-
 nem iusticiam, ac sanctitatem petendā esse: quasi Do-
 minus in iudicio ita diceret, en ideo hominem iustū iu-
 dico, & singula eius facta diligentius exploro, non
 quia perdere uelim, sed ut toti mundo manifestū fiat,
 me solum esse iustum & sanctū, & si quid sanctitatis
 in isto homine fuerit, ex me esse, non ex homine.

NONNE BREUES DIES EIVS &c.

Hoc est, quid est quod hominem paucorum die-
 rum, cuius uita & tempus à te numeratum est, tam hor-
 rende adfligas? quin potius, cum sit breuis uita, &
 apud te numerata, permitte, ut interim hoc quantu-
 locuplet tempore, animum suum gaudio refocillet. Lo-
 quitur autē Hiob de se ipso, in tertia persona, ut decla-
 ret totum genus humanum, quantum ad miseriam spe-
 fiat, eiusdem secum farinae esse. Porro, hoc loco edo-

ANNOT. IN HIOB

Mors non ad
cidit casu.

cemur, mortem nobis nunquam casu euenire: si enim
capilli capiti nostri, abiectissima pars, numerati sunt
& statura corporis, sua mensura circumscripta est,
quanto magis apud Deum, uita nostrae anni, dies, ho-
rae, & momenta, certa ac definita sunt. Proinde, nun-
quam accidit nobis mors, casu aut fortuna, sed certo
& iam ante decreto consilio Dei, sunt enim uita nos-
trae, menses numerati, sunt constituti termini, qui nec
anticipari, nec praeteriri, possunt, ut & Christus ad
Ioan. 11. nonne duodecim sunt horae diei, id est, definitum
unicuique est suum tempus, in quo, quamdiu quisambu-
lauerit, non offendit. Sed qui sit, quod plerique casu mo-
ri uidentur, qui diutius uixissent, si casum aut pericu-
lum euitassent? Consilium Dei certum est, & uita termi-
nus definitus. Iam hoc Dei consilium, & certa apud eum
definitio, extrinsecus, coram mundo, non manifesta,
sed laruis & uelamentis tecta adparent: sunt autem defi-
niti termini laruae, morbus, paralysis, casus, gladius,
& id genus accidentia, sub quibus Dominus exequi-
tur definiti termini uita nostrae consilium. Nec ab re sa-
ctum est, quod hoc diuinum mysterium, nobis partim re-
ueletur, partim abscondatur: reuelatur, quod terminus
uitae nostrae, sit apud Deum definitus, ut discamus
in omnibus diuersis fidere: neque quatenus timeamus,
qui possit occidere corpus, sed eum solum, qui potest oc-
cidere animam, & mittere in gehennam. Tegitur uero

ro, quod ne
aut qua lar
num sit ex
solente cu
Itaq; quod
fines, quod
materia no
RES P
id est, re
r. nonne a
nans sim?
quidem, e
& uemat s
nans, exp
stera spirat
se supra ca
Porro, his u
stuerere,
dico qui imp
diuinita s
tus esset, id
sepenumer
gy auter u
Quo
tur & ex
la sua n

ro, quod nesciamus, quo tēpore futurus sit terminus, aut qua larua & uelamento, Dominus definitū terminum suū exequuturus, ut discamus Dominū timere, sollicite cū Domino ambulare, & ut nō tentemus eū. Itaq; quod partim reuelatum sit, ad cōfidentiam pertinet, quod uero partim tectum sit, ad timorem, ne temeraria nostra audacia, tentemus Deum.

RESPICE, AB EO, VT INTER.

Id est, noli tam grauiter me calamitosum adfligere: nonne antea satis miseriarum habeo, quod homo natus sum? Cessa obsecro, à iudicio, ut uel parū interquiescam, & refociller, donec transegero dies meos, & ueniat statutus mihi terminus, quē ueluti mercenarius, expecto, q̄ initio laboris matutini, mox ad uesperā spirat, ut ē sudore et molestia laboris, liberetur: sic supra ca. 7. Sicut dies mercenarij, sic dies hominis. Porro, his uerbis clam Hiob insinuat, se etiā hinc anī eluctere, cuiq; suum uitæ terminum esse statutū: qd̄ alioqui impossibile esset tanta supplicia, tam horrenda iudicia sustinere, nisi certus uitæ terminus definitus esset, id quod exemplis adeo quotidianis notū est: sepe numero enim, leuiter ictus moritur, cum cōtra, grauiter uulneratus, uires sanitatis recuperet.

Quoniam de arbore est spes, si succidatur & exterminetur, planta tamen nouella sua non cessabit.

ANNOT. IN HIOB

Si senuerit in terra radix eius, & in puere moriatur stirps eius.

Ab irrigatione aquarū germinabit, & faciet propaginem quasi plantata esset.

Sed uir moritur, opprimitur, & confumitur homo, & quomodo reuiuisceret.

Recedunt aquæ de mari, ac flumen exiccatur, ac arefcit.

Sic est uir occumbens, non resurget amplius, donec præterierit cœlum, non euigilabit, & nō excitabitur a somno suo.

QVONIAM DE ARBORE EST SPES.

Disimilitudo est, qua Hiob plenius exprimit humanæ miseriæ conditionem: de arbore, inquit, spes est etiamsi amputetur, & succidatur: rursus tamen quotannis germinat: quod & si radix eius senuerit in terra, reuiuenscit tamen ab irrigatione (quam Hebraeus, sua phrasi odorem uocat) aquarum: nulla autem est hominum reuiuenscencia, nec ulla est sciētia, que ex demortuis hominibus, reuiuiscences reddat, sed homo semel abscisus, mortuus & consumptus manet:

Reuiuenscencia
piorum.

hæc autem omnia dicuntur de homine citra Verbum, citra Christum existente, & iudicio Dei obiecto, nostra enim reuiuenscencia & reuiuiscencia, est in regeneratione, ex aqua et spiritu. Habent namq; Christi

quod balneum, quo si quis lotus fuerit, ex senes fit iuuenis, ex mortuo uiuus, & in aeternum uiuus manens: hoc autem balneum, est baptismus, lauacrum regenerationis, per Verbum, fide adceptum.

RECEDUNT A QVAE DE MARI.

Mare intelligas, aquarum congregationem, uel lacum. Porro, ut antea, dissimilitudine quadam, ab arbore sumpta, exposuit Hiob, humanam conditionem, nunc tandem ex ipsius similitudine: nam quemadmodum est lacus aut flumine, aqua deriuatur, donec effluat tota, et lacus exiccetur, et arscat: ita & homo, mox ut natus est, in mortem effluit, neque aliud mortis initium est, quam uitae exordium. Itaque quo propinquior uitae fuerit, eo propinquior morti est. Et qui occubuerit, non resurgit, donec caelum & terra transferantur. Respicit autem iste locus ad futuram resurrectionem. Primum, quod dicat hominem non resurrecturum, donec caelum transferat: ergo resurget, uel tandem in ultimo die, in quo omnia mutabuntur, & corruptibilitatem induet incorruptionem. Deim, quod mortem somnum uocet, somnus enim, etiamsi diuturnus fuerit, tamen in excitationem directus est. Unde & mors somnus dicitur, quia in resurrectionem respicit.

Resurrectio
locus.

Quis dabit, ut in inferno abscondas me, & protegas me, donec conuertat ira tua, & contemnitas mihi statutum, ut recorderis mei.

Si mortuus fuerit uir, nunquid reui-

ANNOT. IN HIOB

uiscet & omnibus diebus militia mea
pecto, donec ueniat immutatio mea.

Voces (me) & ego respondebo tibi,
opus manuum tuarum concupifcas.

Quoniã nunc gressus meos numerasti
(sed) non aduertas super peccatũ meum.

Obsignatũ est uelut in fasciculo scelus
meum, & cõposuisti iniquitatem meam.

Et tamen mons cadens defluit, ac pe-
tra recedit de loco suo.

Lapides contunduntur aquis, demer-
git collectio eius puluerem terræ, sed ex-
pectationem uiri disperdis.

Euertis eum in perpetuum, ut pereat,
cõmutando faciem eius proiicis eum.

Si glorificati fuerint filii eius ignorat,
aut contemptibiles fuerint, nescit illud.

Attamẽ, donec carne circũdatus fuerit
dolet, & dũ anima eius cũ ipso est, luget.

QVIS DABIT VT IN INFERNO.

Quantũ in inferno nemo sit, qui confiteatur Deo,
et laudet opus eius, non cõmittit tamen spiritus, quin
congemifcat, & clamare faciat pios, etiam in medijs
infernũ ignibus, unde & Iuob in infernum coniectus

interim blasphemans, ac irascens iudicij Dei, nõ
cessat pio spiritus clamore, et desyderio, Deum inter
pellare, ut auxilietur: sustineo iam, inquiens, infernã
tormenta: nimiam igitur defenderes & absconderes
me, donec pertransiret furor tuus: & ò utinam, certã
mibi terminũ statueres, quo mei uelles recordari, id
est, liberare. Emicat & hoc loco nonnulla spei scintil
la, quãuis in medio inferni igne Hiob ardeat.

SI MORTVVS FVERIT VIR NVN
QVID. In inferno nihil ob oculos ponitur, nisi æter
na mors & perditio. Vbi igitur manet resurrectionis
spes: impossibile enim est morte obiecta, in resurre
ctione oculos intendere. Adhæc, rationi nihil magis
rationali est, resurrectione: itaq; Hiob, cum nihil nisi
mortem uideat, dubitat, num possibile sit hominem
resuscitare: certe, homini iuxta rationem iudicanti, et
mortem uidenti, nihil minus possibile uidetur. Qui ue
ro uerbũ habent & Christiũ, ij sciunt quod Christus
resurrexit ex mortuis, primitiæ eorum qui obdormie
runt: & quum sit per hominem mors, etiam per ho
minem resurrectio est: atq; adeo, ut in natis, uita mor
tis initium: ita in renatis mors uita initium est.

OMNIBVS DIEBVS MILITIAE MEAE Expectatio sua
Cum nihil habeam auxiliorũ presentium, hoc so
lam mihi relictũ est ut expecte, donec uenias in auxi
liam, donec uocaueris me e tenebris mortis; ut non pe
qd sperant,

ANNOT. IN HIOB

nitus repellatur, & abijciatur opus manuum tuarum.
 Est aut expectatio, ultima in iudicio Domini an hoc
 ut Esaias 30. ait: In silentio & spe erit fortitudo uestra
 & Iosaphat 2. Chron. 20. In nobis non est tanta forti-
 tudo, ut possimus huic multitudini resistere: Sed quod
 ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum reliquitur
 nobis est, ut oculos nostros dirigamus ad te. Ita in iudicio
 Domini, quando nusquam euadendi uobis uia patet,
 hoc solum relinquitur nobis, ut fide expectemus,
 Psal. 26. Expecta Dominum, uiriliter age, Habac. 2.
 Si mora fecerit, expecta eum. Nisi malueris ^{לִפְנֵי}
 pro exterminatione potius, quam immutatione inter-
 pretari, tunc sensus est: omni momento expecto, quia
 do me totum exterminaturus sis: usque adeo adfigor, ut
 dolores porro sustinere nequeam, expectabo tamen, ut
 me uoces, & presens adero: ac rursus me, qui sum
 opus manuum tuarum, in pristinum statum restituas.
**QVONIAM NVNC GRESSVS MEOS
 NVMERASTI.** Omnino inquit mihi expectandum
 est, nam quantum ad presentem sensum attinet, nihil uideo
 nisi iudicium & peccatum: dinumerasti gressus meos,
 hoc est, diiudicasti omnia opera mea, & scelera mea,
 ueluti fasciculo quodam colligasti, obsignastique: non
 tamen in fine respicies peccata, sed ut iudicio cepe-
 ris, finies tamen misericordia. In impijs diuersum fit, in
 quibus incipit Deus misericordia, & desinit iudicio.
 El

ET TAM
 IT. Dissimil
 tura & mor
 tantur: mor
 consumetur:
 deuoluntur
 & litaray, id
 uoluntate a
 & mutatur
 mutatur
 est frustra
 re, sunt en
 Christum I
 SED E
 SPERDI
 qui omnia p
 cum tamen
 restat, nec e
 detur homin
 EBER
 id est, nul
 enersus iud
 quare ei po
 do: sine eni
 filij eius su
 cle. 2. con

ET TAMEN MONS CADENS DEFLV

IT. Dissimilitudo est, qua inter se se cōmittuntur crea-
tura & mors, seu pœna mortis. Omnes creaturae mu-
tantur: mons quamuis fastus defluit, & igni tandem *Aeternae mor-*
consumitur: petrae abeunt, & dissiliūt saxa: ab aquis *tis pœnae.*

deuoluantur, contunduntur, seu ut Græcus habet
& λέγεται, id est, excavantur. Similiter puluis terræ, in
irradiatione aquarū, perit: breuiter, oīs creatura abit,
& mutatur: sola mors, seu mortis pœna, nec recedit,
nec mutatur: et frustra expectat, qui mortis finē expe-
ctat: frustra sperat, qui mortis pœnā sentendam spe-
rat: sunt enim per sese mortis pœnæ aeternæ, sed per
Christum IESVM, fiunt pijs momentaneæ.

SED EXPECTATIONEM VIRIDI-
SPERDIS. Altera dissimilitudinis pars, id est, quan-
quā omnia pessum eant, & subinde mutantur: suppli-
cum tamen uri condemnati, qualis ego nunc sum, nō
cessat, nec expectationis suæ compos fit. Sic enim ui-
detur homini in iudicium inferni coniecto.

VERTIS EVM IN PERPETVVM.
Id est, nulla est spes homini, morti adiudicato: abit,
eius iudicio Dei, in perpetuū infernum: nec relin-
quitur ei post mortem, ulla suorum cura, aut sollicitu-
do: siue enim agant splendide, siue contemptibiliter,
filij eius superstites, nec sentit, nec meminit, ut & Ec-
cl. 2. conqueritur, se ignorare, an heres sapiens,

ANNOT. IN HIOB

an stultus futurus sit : nam usq; adeo miser est homo
 ut quãndiu in hac uita, carnem & animam possidet
 nihil ei expectandũ fuerit, quã dolor, afflictio
 uniuersum calamitatis chaos: post uitã uero aliud
 habet, quã perpetuũ interitũ, in quo nescit, quid po-
 se agant filij eius, quis sit humanæ conditionis status
 nam si saltem hæc sciret, esset forte, uel leue solacium
 Breuiter, in uita, ois miseria, post mortẽ perpetuus in-
 teritus. O nos miseros, quis est liberator noster? Gra-
 tias agimus Deo, per Iesum Christum, cuius sanguine
 uindicati sumus à perpetuo interitu, & cuius cruce
 omnis nostra miseria, in benedictionem uersa est.

CAP. XV.

Respondens Eliphaz Themanites,
 dixit.

Num sapientis est loqui tumida & im-
 plere uentis uentrem suum?

Arguis uerbis inutilibus, & sermoni-
 bus nihil profuturis.

Propterea quod abiicisti timorem, &
 detraxisti querelis, ipsi Deo.

Sic docuit iniquitas tua, os tuum, &
 elegisti linguam astutorum.

Conde
 labia tua
 Nun
 ante coll
 Nunqu
 minuet
 Quid
 quid int
 Et car
 to patrib
 NV M
 lo prior
 uelis iudic
 ferar, docu
 uenisse, se e
 inde quecu
 expectare
 suo maior
 Eliphaz, ha
 am, tanq
 tem quod at
 inter talas
 at ne dece
 inania & s
 in inania

Col